



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

20 de Appellatione hominum ratione munerum, & de munerib. sine
honore.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

debito iusto, de seruo per fugam elapso, cetera maiora, rectori provincie insinuando, l. i. C. de defen. civit. Et l. defensores civitatum 7. eo. Iure novellarum, vsque ad trecentos aureos, §. Et iudicare, eo. tit. in authen. Apud defensores civitatum, insinuationes donationum & aliorum monumentorum fiunt, dicit §. nulla existente, l. in hac, 30. de donat. lib. 8. C. tit. 5. 4. per eos contumacia, & tumultus in ciuitate sedantur, §. deinde eos, de defen. civit. in Authen. l. 5. C. eod. Audient etiam leuora crimina, & castigationi competenti tradent, & maiorum criminum reos detruent in carcerem, & mittent ad provincie praesidem, §. audient, eo. tit. in auth. l. per omnes, 6. Et l. defensores 7. C. eod. tit. ¶ Ad sunt defensori per nouellam constitutionem, ex provinciali officio, exceptor, & duo officiales, qui ea, quae ab illis decernuntur, adimpleant, §. ex provinciali, de defen. civit. in auth. Ipsi autem defensores nec ante tempus publicam subitam sollicitudinem eurare possunt, nisi gratia eis fiat a principe, l. si. C. eo. tit. alioquin in crimen laesae maiestatis eos incidere statutum est, §. si quis autem, de administrato-ribus, in authenticis, colla. 7. tit. 6.

De Legatis. Cap. 19.

Lib. 50 tit. 8. P. Lib. 10. C. tit. 63.

- 1 Legati civitatum & municipiorum qui, & a quibus creantur.
- 2 Legationum liberarum, & non liberarum distinctio.
- 3 Oratores dicti legati.

LIA species personarum gerentium honores ciuitatis constituitur in legatis, quibus mandata reipublicae ad principes vel alios deferenda, vel exequenda committuntur, ex consilio ciuitatis vel municipii, interueniente magistratu summo loci eius, l. si de legationibus, l. 10. C. tit. 6. 2. l. 1. eod. in P. Ipsi autem vel praesentes, vel absentes creantur, absentibus mittantur mandata exequenda, Modestinus l. Titio, 36. ad municip. l. 50. P. tit. 1. Et proinde neque isti tenentur, si gratiam habeant legationem, referre per se gesta, sed per alium possunt remittere munera, l. si absentis, 12. de legato, in P. ¶ Legationum ¶ alia liberae, sine mandatis reipublicae, & tamen cum honore muneris: alia cum honore & munere. Et harum vltimarum alia gratuita, alie cum legatio, id est, salario, de quibus, & de iuribus, & privilegiis legatorum, tractamus abunde in criminibus, dum de crimine laesae maiestatis agimus pro proprio titulo De legatis. ¶ Sextus ¶ Pompeius Festus in libris de verborum significatione: ¶ Oratores, inquit, ex verbo aguntur dicti, quod missi ad regnationes, deos solerent agere, id est, testari: in modo dicti legati.

De appellatione hominum ratione munerum, & de Muneribus sine honore. Cap. 20.

- 1 Munerum personalium quorundam enumeratio.
Annona curae eod.
Stones, eod.
Fruentatores, eod.
Curatores diuersi, eod.
Episcopi qui ciuiles, eod.
Aedum sacrarum custodes, eod.
Rationibus publicis tractanda munera quae distincta, eod.
Xenoparochi, eod.
Epistathmia, eod.
Creatores, eod. Marefchaux de legis, eod.
Camelasia, & camelarii, eod. Mastigophori, eod.
- 2 Munerum patrimonialium quorundam enumeratio.
Admunera personalia qui teneantur, eod.
Decaprotia, & decemprimatus, eod.
Hospites suscipere munus patrimoniale.
Equos alere curiales munus est patrimoniale.
- 3 Prostatia quid. Sacerdotia munus, eod.
- 4 Munera quomodo a iudice sint distribuenda ciuibus.
- 5 Munera quae quis non teneat subire.
- 6 Equorum fiscalium munus sublatum, eod.
Gliebe onus sublatum, eod.
- 7 Salgamm, & alia militibus non prebenda.
- 8 Vacatuum munerum species duae, pleniores & exiguae, temporales perpetuae.
- 9 Vacatuum seu excusationes munerum perpetuae.
- 10 Personales immunitates, quae transeant ad heredes.
- 11 A muneribus personalibus, & patrimonialibus excusati.
Artifices qui gaudent immunitate personalium munerum, eod.
Muneribus vilibus quorum patrimonialia non teneantur.

Hospitia qui non praesent, eod.

12 Munera forasida & vitia qua dicantur.

13 Ad excubias tenentur ecclesiasticae persone tempore necessitatis.

14 Munerum excusatio ratione vitiosa electionis.

15 Muneribus excusatione officii.

Munera personalia, ¶ quae honorem non habent, plura sunt enumerata ab Hermogene in l. 1. de munerib. in P. & Arcadio in l. si eod. Iuriconsultis: quae nomen aliquod tribuunt etiam eis, quibus conceduntur. Vt defensio ciuitatis, ex qua syndicus: annonae cura: vnde oisovai, sitometrae: frumentatores, oi ton oiron apogonotes, & oisovai, & qui seruabant, oisovai, qui praefecti, oisovai, & coactores. Iis adduntur, qui curam habent exigendi census praediorum publicorum, aqueductus, calefactionis thermarum, tutela pupillorum, cura adultorum, prodigorum furiosorum, & aliorum, & bonorum, vnde exactores, curatores operum, adultorum, prodigorum, & tutores, dicta l. 1. Et fin. curatores bonorum, calendarii rei vehicularis, angariarum: & praefectura disciplinae publicae, & corrigendorum morum, vnde irenarchae dicta l. fin. §. irenarchae, & l. 1. de irenarch. lib. 10. C. Et l. diuus, de custod. rerum in P. Episcopi, d. l. si. stem episcopi, qui praesunt panis, & ceteris rebus venalibus in ciuitate, custodes aedium sa. rarum vaoulaux, & aeditui, vaoulaux, Archiuis praepositi, vaoulaux, d. l. si. hi quoque: rationibus publicis conficiendis, praescribendisque, logographi: & qui in tabulas publicas referunt, tabularii. Qui peregrinis salem & alia praebant xenoparochi, portuum praefecti limenarchae. Mansionum seu hospitiorum designatio, dicitur sub uicis: vnde dicti mansionarii, designatores hospitiorum, vel creatores: quia creta signent hospitia, nobis Marefchaux de legis. Qui curam habent camelorum, seu camelariae, vnde camelarii, d. l. fin. §. camelaria. Adde defensores iudices, l. 1. §. 1. Et l. si. defensores, & §. iudicandi, eod. mastigophoros, qui agonothetas in certaminibus comitantur. Operarum quoque praestations, personalia erunt munera, quae sublatae postea sunt a provincialibus tributa pendentes, l. vnic. ne opere a collectoribus exigantur, lib. 10. C. tit. 24.

¶ Inter ¶ munera patrimonialia elaeptoria, olei comparatio: oispronia, leguminum comparatio, l. fin. §. patrimoniorum, de muner. in P. Possessionibus indicta: agminales equi, multa angaria, veredi, ad quae tenentur domini rerum, etsi non sint municipes: & qui foenus exercent, veterani, primipilares, pontifices, d. §. patrimoniorum, & l. 2. §. l. via, de priuil. veteranor. in P. & alii alioquin priuilegio excusari a muneribus, l. re scripto, §. si de muner. P. Vlpian. l. 2. §. quae patrimoniorum, de vaca. muner. lib. 50. P. titu. 4. l. 2. 3. Et neque de muneribus patri. lib. 10. C. nisi expresse priuilegio ab iis releuentur a principe, l. hi qui, & l. sunt munera, de vacatio. muner. P. l. semper. §. priuilegia, de iure immunita. vide gloss. in l. fin. §. patrimoniorum autem in verbo, subnixus, de munerib. l. Admunera quoque patrimonii pertinent collationes, quae quotannis praestantur, pro modo agri in frumento, vel alia specie, & praeterea, l. fin. de munerib. item munera vehicularis, nauicularis, decemprimatus, l. 1. §. 1. eod. titu. Quaquam Africanus referat: Herennium Modestinum notando, & disputando optima ratione decreuisse, decaprotias, id est, decemprimatus tributa exigentes, esse intermixta munera personalia, & patrimonialia, l. fin. §. mixta, eo. tit. Decaprotiam Vlpianus tamen magis patrimonii onus putat, & inde decaprotos dici, quibus imponatur, Vlp. l. 3. §. decaprotos, de munerib. Et bon. de decemprimatu & decaprotia vide Budeum in d. l. si. mixta munera, Aciatum & Pyrrum in l. nec protestatiae, de munerib. patrimon. lib. 10. C. tit. 42. Exactio tributorum, onus patrimonii quoque est, d. l. 3. §. exactio, de munerib. P. & munus hospitis in domum recipiendi, d. l. 3. §. munus, & §. eos, de mune. l. qui immunitatem, l. 3. de munerib. patrimon. lib. 10. C. Equos curiales alere munus quoque patrimonii, l. non videtur, 4. de munerib. patrimon. lib. 10. C.

¶ Munera quoque ¶ protestatiae, & sacerdotiae, l. nec protestatiae, §. eod. tit. C. legerem protestatiae. Nam Plutarchus scribit in Romulo, Latinos vocare παλαστιας, quam Graeci dicunt παλαστιας, cum quispiam pro alio liti se opponit, & eius defensionem suscipit, euentumque praestat: vnde pro patrocinio sumitur. Sacerdotia vero hic, puto dici redditus, vel collationes ad facta faciendae, sicut & nos sacerdotia, beneficia dicimus. Sunt munera quoque patrimonialia superindictiones, l. fin. al. de munerib. patrimon. lib. 10. C.

¶ Ceterum ¶ ad praesidis provinciae curam pertinet prospici-

cere munera & honores in ciuitatibus æqualiter iuxta ordinem & vices secundum aetates & dignitates, ac gradus munerum honorumque, qui antiquitus statuti sunt, iniungi, ne sine discrimine, & frequentius ciuibus oppressis, simul viris & viribus respública delituatur. *l. 3. §. praes. de munerib. in P. Proinde recte statutum diximus, vt qui ad munera nominantur, ante administrationem subeundam tribus mensibus nominentur, vt interim, si nominatus causas excusationis appellacione obiciat, illa decideri possint. l. 1. de magistrat. decurion. lib. 1. C. tit. 57. Et quoque spectat consilium cogendum curialium, per quos fieri debet nominatio. l. 2. de decurion. lib. 10. C. non ex arbitrio quorundam considerata muneris qualitate, & persona, & patrimonio, num possit nominandus recte obire munera imponenda, Callistrat. l. honores. 14. §. de honoribus, de muneribus & hon. in P. & num ea is tenetur subire: quaedam enim potest reicere. §. Vt si respública impulerit alicui necessitatem statuarum principi ponendam, ei qui non promittit, non esse obtemperandum rescripsit Imperator. l. toties. 6. §. si de pollicitation. in P. lib. 50. tit. 12. Et opera quaedam reipublicæ sunt, quæ inuitis liberis hominibus committi non solent, nec possunt leg. 1. §. 2. ne quis inuit. alium rei. ub. ger. cog. a. lib. 11. C. tit. 36. Multa quoque patrimonii & personarum iure posteriore Codicis sublata sunt, quæ antea obtinebant: veluti, ne liceat rusticitate plebi, quæ capitationem suam, congruamque annonam præstat, equorum fiscalium vel maliarum imponere, vel alia eius capere. l. 1. §. 2. ne rustici. ad vltimo ob seq. de uocent. lib. 11. C. tit. 54. Sublata etiam onera glebæ, follis, septem solidorum, quæ erant collationes ex prædiis, l. fin. de præcorib. & bono prat. lib. 12. C. tit. 2. §. Item prohibitorum, ne tribuni omnes, præpositi, milites, nomine fulgami, calcitrans, lignum, oleum, non pabulum pro suis animilibus vel pro seipsis, non angarias etiam a suis hospitibus extorqueant: nec volentibus etiam hospitibus accipiant, pena in dicta facientibus. l. omne. de falsis. b. p. scribis non preben. l. 1. 2. C. tit. 4. 2. l. de uocent. 3. de metat. eod. lib. tit. 4. l. lictio. de officio præsid. P. §. illud tamen. de mandat. 7. primo in Auth. tit. 4. §. Atque sunt quædam conditiones privilegiorum singulares, quæ vacationem vel immunitatem vel excusationem a muneribus præbent. Vlpianus autem vacationum duo genera facit, vnum pleniorem, cum & militat datur. Aliud exiguum cum nudam muneris vacationem acceperint. Vlpian. in l. prætor. 13. §. duo genera. de vacatio. mun. in P. lib. 50. P. tit. 5. l. ab. l. ma. in leg. cur. 12. §. Arcadius in l. si. §. penult. de mune. ib. & hono. Quaedam enim vacationes ab omnibus muneribus eximunt: alia a certis tantum. Quaedam etiam sunt temporales vacationes, & excusationes: alia perpetuæ. Vt temporales conceditur eis qui reipublicæ causa abint, Meratius in l. tempus. 4. de vac. mun. Item munera personalia, quando quis corpore est inhabilis, ei non conceduntur, l. si. §. camelasia. de munerib. in P. In patrimonialibus, quando quis destituit facultatibus, temporariam habet excusationem. l. 4. §. deficiendum. & seq. de mun. ori. P. Et qui 75. annorum, & qui quinque liberos habet incolumes a ciuilibus excusantur. l. 3. §. quamuis, & §. cura, de munerib. & hono. P. l. eos, qui numero liberor. se excus. lib. 10. C. tit. 51. l. de personalibus, 5. C. eo nepotes filiorum loco, l. 3. C. eod. non a patrimonialibus, vel honoribus, l. 1. qui numero liberor. se excusant. in l. neque. C. eod. nec ab aliis ciuilibus si capti, vel mortui. l. 2. qui numero libero. vel pauperia. se excus. lib. 10. C. tit. 51. Qui pro utant patrimonialia primum ipsis, quando administratone detinentur, l. administrat. de excusat. tutor. in P. l. 1. de excusat. munerum, l. 10. C. tit. 47. excusationes & immunitates hereditorum munerum patrimonialium habent temporales: nam contemplatione pensionarium & dignitatis, dantur, nec in heredem transeunt, l. eam legem. 4. §. seq. eod. tit. de excusat. mune. l. 10. C. Est & excusatio ob operam medicationi exercitii præbitam. l. 1. de profes. & med. lib. 10. C. tit. 52. At quamuis conductores vectigalium principales publicani, habeant immunitatem: tamen conductores conductorum non habent, l. 1. quib. munerib. excus. & u. qui post imp. latam, & c. lib. 10. C. tit. 55. §. Perpetuo ¶ excusantur veterani a muneribus ciuilibus: non a patrimonialibus, l. a muneribus, 6. de vacat. muner. Qui veterani, vide l. pen. & fin. de his qui non impleris stip. lib. 10. C. tit. 54. §. Corporalia munera feminis ipse sexus denegat, quo minus iniungantur, l. 3. §. corporalia. de muner. P. personalia videlicet, sed patrimonialia subeunt, ubi habent possessionem, l. patrimoniarum, de mune. & in quo lo. C. l. 1. de muner. & in quo lo. lib. 10. C. l. cum prætor. de iudic. P. exceptis paucis, de quibus l. 2. de reg. iur. P. §. Personis datæ immunitates, ¶ heredibus non relinquuntur: sed & ge-*

neri posterisque datæ, ad eos, qui ex feminis nati sunt, non pertinent, l. 1. §. fin. de iure immunitatis. lib. 50. P. tit. 6. l. semper, §. immunitatis, eod. tit. l. an honoribus, §. vacationem de vacat. & excusat. muner. in P. l. fordidorum, de excusat. muner. lib. 10. C. l. p. i. u. i. l. g. de regul. iur. P. de excusatione natorum ex filiabus, l. tale pactum, §. fin. de pact. P. l. quisquis & l. non est. de verb. sig. Itaque immunitates generaliter tribuæ, eo iure vt ad posteros transmitterentur, in perpetuum succedentibus durant. l. Modestinus, l. immunitates, 4. de iure immunit. P. cum similib. ibi notatis a glo. §. Obseruamus ¶ hic quodam modo habere a muneribus ciuilibus excusationes, non tamen a patrimonialibus: qualis miles veteranus, primipilaris pontifex, Martianus in l. a muneribus, 6. de vacat. muner. P. l. si. §. patrimoniarum, in 2. de muner. in P. l. 2. §. 3. de priu. v. v. in P. minor 25. an qui decaprotiam subit quia patrimonii magis, l. 3. §. decaprotius, de vacat. muner. P. l. Medici, archiatri grammatici professores literarum, doctores legum ab omnibus personalibus & fordidis habet vacationem, l. medicos, 6. & l. si. de profes. & med. lib. 10. C. tit. 52. non autem a patrimonialibus, l. profes. de muneribus patri. lib. 10. C. Nisi quæ eis specialiter remittantur quemadmodum plura remissa sunt, l. si. §. ab huiusmodi, & §. si. de mun. & hon. P. l. si. muneribus, de vacat. muner. P. l. ar. b. i. a. r. o. s. de metat. lib. 12. C. l. b. i. a. honoribus, §. angariarum, de muner. P. Sic athletis triplici certamine victoribus, in munitas a ciuilibus, l. de athlet. l. 10. C. tit. 53. non a patrimonialibus data, l. quibus munitatem, de mu. & hon. lib. 10. C. infirmitas corporis a muneribus que infirmum non potest obire, personalibus excusat, ab aliis minime, l. 1. 2. 3. qui morbo se excusant. l. 10. C. tit. 50. studentes in academia aliqua priuilegiata, habent excusationem vsq; ad 25. annuum a muneribus personalibus, a patrimonialibus non item. l. 1. & 2. qui astate vel profes. se excus. lib. 10. C. tit. 49. Et a personalibus habent excusationem artifices quidam, eo quod eorum ars vtilis reipublicæ sit, nec debeant inde auocari, & filios suos possint erudire a patrimonialibus non vtiq; erumerantur in artifices, l. 1. & 2. de excusat. ar. lib. 10. C. tit. 64. l. pen. §. pen. de iure immunit. P. nisi speciali nota concedatur, vt factum quibusdam, l. negot. ante. 8. de excusat. mun. lib. 10. C. tit. 47. Idipsum in præpositis laborum, iudicio principis, l. v. m. de præpositis labor. lib. 12. C. tit. 12. ¶ Et sunt ¶ ad huc alia munera villa quædam extraordinaria, a quibus aliquæ hominum facultates releuantur veluti senatorii, & quillorum sunt, l. 4. & l. nemo. §. l. g. noniam. 7. de dignit. lib. 12. C. tit. 1. Conscriptorum comitum, notatorum principis & cubiculariorum, excubiculariorum eiusdem, l. maximarum, 13. de excusat. muner. l. 10. C. tit. 47. & quæ patrimonii sunt principis, quamuis ab aliis locationis nomine colantur, l. eod. tit. de excusat. munerum, leg. priuata, 31. eo. l. 1. & l. fin. de priuileg. domus Augusti. l. 10. C. l. 1. de locat. prædio. ciuili. lib. 10. C. Communicarum & hoc priuilegium illustribus personis aliis, l. si. & l. maximarum, de excusat. mun. lib. 10. C. heritoribus grammaticis, d. l. maximarum, & l. si. §. si. de mun. & hon. P. ecclesiis quoque, & bonis personarum ecclesiasticarum, l. lacer. 5. de sacros. eccles. lib. 1. C. tit. 5. l. 2. de episc. & cler. l. 1. C. tit. 6. l. presbytero, C. eo quia nec hospites suscipiunt l. 1. C. de episc. & cler. l. 2. de immunit. eccles. lib. 3. Decret. tit. 49. fiscalia tamen tributa prædiorum coguntur persoluere d. l. placet, & l. de his clericis, l. 3. de episc. & cler. Humilioribus etiam aut extraordinariis officijs curiales non occupantur, ne publica vacillet utilitas, l. humilioribus, 14. de susceptor. lib. 10. C. tit. 70. l. 1. de cur. vrb. Rem eod. lib. & l. si quis procuratorum l. curiales de decur. l. 10. C. nec pariter silentiati, decurionis palatii principis, l. 3. de silentiati. lib. 12. C. tit. 16. sacris scriinis præpositi, ab illis & ab epistolis principis, l. subemus, 4. & 9. de proxi. sacros. formior. lib. 12. C. tit. 19. & l. 1. de magistris sacros. scriu. eo. lib. 11. 9. Palatini, eorumque filii & adiutores. l. 1. & l. ab officiis 6. l. palatini, 10. de palatin. sacros. legatio. lib. 12. C. tit. 24. l. 1. & 2. de priuileg. eorum qui in sacros. palat. militant, lib. 12. Cod. tit. 29. Cornicularii præfectura, primicerii, numerarii, l. 1. & 3. de apparitoribus præfector. prætor. lib. 12. Cod. tit. 53. & similes.

¶ Munera ¶ fordidia dicuntur, cura confectionis pollinis, panis excusio, obsequium pistrini, paraueredorum, aut parangariarum, præbitio operæ, in calce excoquenda obsequia, iumenta curare, materiam lignorum atque tabulata præbere, l. maximarum, de excusat. muner. l. 10. C. In calibus tamen certis omnes immunes conferunt, vel ob necessitatem, vel utilitatem publicam, ob quam, vt ad refectionem viarum & pontium, & ecclesiæ, & patrimonium principis conferre debent, l. ad infirmitates 7. & l. subemus nulli, & l. nemo de sacros. eccl. lib. 3. de iur. dom. Aug. lib. 22. C. Cofere vniuersi cõparationi tranfectione spe. ic.

specierum, nec exculantur tempore expeditionis ab angariis, petangariis, plautris, & similibus muneribus necessariis. *l. max. marum. §. fordidorum, de excusa. munerum. tit. 47. l. 2. 3. de quib. mun. vob. prestatio. nemi liceat se excus. tit. 48. lib. 10. C. l. nullus, 21. d. 13. eurs. pub. lib. 12. C. tit. 51. l. neminem de sacros. eccl. C. §. Imo §. & eccl. iust. a persona. impellente necessitate, ad custodiam iutorum, ad excubias vrbis, vt se & ecclesias commissas sibi conferent, tenentur & coguntur, c. 2. de immunitate eccl. ap. Greg. §. Ex modo §. quocq; eligendi vitioso repudiantur recte munera, vt si non recte consilium de curionum initum sit, vt diximus, l. 2. de decurionib. lib. 10. C. cum similib. si alius prior ad munera debuerit nominari quam electus, l. vnic. de potior. ad munera nominan. l. 10. C. tit. 65. l. ordine, de legat. 3. §. praes. de munerib. & honor. si propter inimicitias, non aestimatum vera & commodo reipublice, creatio fiat, leg. vnic. si propter inimici. c. eat. facta sit, lib. 10. C. tit. 66. His enim de causis & similibus, quibus tantum alicuius vexandi causa creatio fit, appellatio interposita fiet creationis retractatio, & sumtum aduersus temere & inuidiose nominatum fiet repetitio, l. 1. de sumtum recupera. lib. 10. C. tit. 67. l. ius. C. §. de appella. 1. de vaca. munerum in P. §. Ratione §. dignitatis & officii electorum & creatorum, plures exculantur a personalibus muneribus, vt ex superioribus liquet: sicut adhuc comites praesidium, proconsulum, procuratores Caesaris, Paul. l. legato, 12. §. fin. de vaca. muner. in P. sacerdotium habentes, a quo non possunt sine religione discedere, *Ulpian. l. prator, 13. eod. P. l. omnes, C. de episc. & cler. apparitores magistrorum militum. l. 1. de apparitor. magistrorum milit. lib. 12. C. tit. 55. frumentarii. Papin. l. eos qui Roma, 9. §. fin. de vaca. muner. P. l. nauicularii, de munerib. P.**

De Artificibus diuersis. Cap. 21.

- 1 Artificium quid.
- 2 Artificium: & eiusdem quoque artis differentia.
- 3 Artificium a professione artis quid differat.
- 4 Officium & artificium quomodo differant.
- 5 Officium vnde declinetur. & duplex esse, perfectum & medium.
- 6 Artificium auget aestimationem serui.
- 7 Artificium plurium nomenclatura.

Artificii §. nomen plures continet sub se species, quae artem factitiam seu manualement exhibent certis praecipis definitam, quae videlicet ingenio & arte perficitur, vide quae diximus de mechanicis artibus, lib. 24. *Symon. c. 2. Quia ratione etiam ars Grammaticae dicitur apud Iuriconsultos artificium, l. duo societatem, pro socio, P. videlicet quod & in orthographia, quae eius est pars, manus officium quoddam desideretur, in bene pingendo & emendate scribendo.*

Itaque §. vt inter artificia est differentia, ita & inter artifices quoque vnus eisdemque artis ratione ingenii doctrinae, natura & institutionis, *Plat. l. inter artifices 31. de verb. oblig. lib. 46. P. tit. 3. cum omne artificium incrementum discendo vel experientia recipiat, l. legatus seruis, 63. §. ornaticibus de lega. 3. P. Vt qui artificem promiserit vel dixerit, non vitique perfectum praestare debeat, sed ad aliquem modum peritum, vt neque eum sine maxima scientia accipias, neque rursus indoctum esse in officio: sufficereque talem esse, quales vulgo artifices dicuntur. *Ulp. l. sciendum tamen, 19. illud sciendum est, de adili. edict. lib. 21. P. tit. 1.**

Artificium §. a professione artium putamus differre, quod professio in docendo vel discendo artes liberales consistat: artificium in mechanicis versetur artibus tractandis, *gloss. Rubrica. in titu. de excusa. artific. l. 10. C. tit. 64.*

Martianus §. quoque Iuriconsultus rursus putat officium latius nomen esse, quam artificium. Et officium artificio adepto mutari non autem artificium adepto officio. *Martian. in l. legatus seruis, 63. §. si ex officio, de legat. 3. lib. 32. P. titu. 1. Africanus, leg. 10. §. 10. eod. tit. Officium eius interpres, glo. n. d. §. si ex officio, arbitratu continere omne ministerium. siue artificium sit, siue sine officio. Et proprie tamen sine officio officium habere eos, qui ministerium tantum praebent: cuiusmodi ait esse mulionem, agasionem, opilionem, saltuarium, armigerum, dapiferum, cocum, pastorem, ostiariam, pistorem & similes eius generis sine arte. Nam artifex vt Varro ait *lib. 4. de ling. Lat. ab arte dicitur. §. Officium §. porro ab efficiendo, quasi efficium, & propter sermonis decorem, vna mutata litera, in officium, vt ait Diuus Ambrosius lib. 1. Officior. qui & alias duas adfert nominis declinationes. Sed haec magis placet ab efficiendo, quod officium sit illud, quod quemque pro conditione suae personae facere dece-**

at. Ita erit §. 207, seu opus cuiusque siue perfectum velis, quod Graeci *τελειωματα* vocant, quod omnes numeros virtutis continet, *Cicer. 1. officior. siue medium, quod pertinet ad institutionem vitae communis, Cicero. 1. de finibus. Sic oratoris officium est, quod facere debet orator, vt finis cuius caussa facere debet, idem 2. de inuentio. 20. 208. dicunt Graeci, quod decens est, quod conuenit cuique, vt exponit M. Tull. Cicero *lib. 16. e. §. solorum ad Aetium epistola omnium 3. 8. Sed vt aliud ex alio, inquit mihi non est dubium, quin quod Graeci τελειωματα, nos officium: id autem quid dubitas, quin etiam in rempublicam praclare caderes? Nonne dicitur consulis officium, senatus officium, praecclare conuenit, aut da melius. Ex quibus verbis elucent prope enumerabilia iuris ciuiliis capita, quae de officio loquuntur vario modo, videlicet, quia non eadem sunt munia omnium, nec omnibus omnia conueniunt: eoque pertinent Rubricae de officio praefecti praetorio Orientis, Illyrici, Africae, vrbis, de officio magistrum militum, de officio magistrum officiorum, de officio comitis sacrarum largitionum, & similibus. De officio diuersorum iudicum, de officio eius cui mandata est iurisdicctio, &c.**

In §. aestimatione faciendi conditionis seruilis, & consequenter plebis, pluris aestimabantur in biu aliquo officio, quam illi, qui nullam norant artem, l. 1. §. ne autem, de communi seruo manum. §. lib. 7. C. tit. 7. l. fin. §. sancimus, communi de legat. lib. 6. C. tit. 43. & officium praestare tantum possent.

Ceterum §. artifices diuersi muneris adfert Callistatus in l. 7. fin. de iure immunita. lib. 50. P. tit. 6. & Augustus quoque in l. vnic. de excusa. artificum lib. 10. C. tit. 64. Sunt autem illi architecti, de iis postea, medici de his paulo post, de aliis vide Aetium in l. vnic. de excusa. artificum. C. pictores, statuarii, marmorarii, leuicarii, seu actuarii, clauicularii, quadrigarii vel quadratarii, structores seu aedificatores, sculptores ligni lex de sculptore, seu celatore gemmarum, & quando tenentur, & quomodo, litem queritur. §. si si gemma, loca. P. l. si seruum seruum, §. si valicem, ad l. Aquil. in P. mulcarii, deauratores, albini, de artificib. in l. 2. §. 1. loca. in P. argentarii, brambaricarii, brambaricarii & argentarii pro eodem, in lib. qui notitia prouinciarum vtriusque imperii, dum de praepositis brambaricariorum (seu argentariorum) agit, diatretarii, aetarii, fulores, signarii, fabricarii bracharii periticiarii, libratores, libratores erant, qui modum & formam in aquis educendis adhibebant, de quib. Traianus epistola 41. lib. 10. epistola Plinii 2. & l. 2. de excusa. artificum. figuli, aurifices, vitarii, plumbarii, specularii, eborarii, pelliones, fullones, capentarii, sculptores, dealbatores, cutores, trigarii, cistarii, bractearii.

De Architectis. Cap. 22.

- 1 Architecti ars circa qua versatur, & architectura partiu.
- 2 Aedificandi architectis dicta leges.
- 3 Aedificator quando de operis vicio tenetur, eod.
- 4 Aedificans aedificium perficere cogatur.
- 5 Aedificare non licet in muris vel portis ciuitatis, vel loco publico.
- 6 Priuatorum aedificiorum struendorum leges.
- 7 Sepulcrorum aedificandorum leges.
- 8 Balneorum exstruendorum leges.
- 9 Furnorum & pistri aedificandi leges, eod.
- 10 Cypariu exstruendi lex, eod.
- 11 Calcis fornacis aedificandi lex, eod.
- 12 Fullonica officina struenda lex, eod.
- 13 Vitarii & ferrarii fornacis aedificandi lex, eod.
- 14 Furnus bennarius quis, & quomodo queratur.
- 15 Molendini seu pistri bennarii ius, quale & quomodo queratur, eod.
- 16 Cloacarum leges, eod.
- 17 Fabri lignarii.

Architecturam §. inter fabriles artes in Syntaxibus nostris constitutum & inibi abunde de ea diximus, l. 30. *Syntax. artis mirab. vnde & si egeas depromere possis. Verum prout iuriconsulte agendum nunc est, quaedam iuris familiaria recensere. Architectus, & eius ars circa tria versatur, quae in iure quoque considerantur: quia & partes Architecturae tres sunt, aedificatio, gnomicae, machinatio. Aedificatio diuisa est bipartito, vna est mœnium & communium operum, in publicis locis collocatio: altera est priuatorum aedificiorum explicatio. Publicorumque distributiones sunt tres, e quibus vna est defensionis, altera religionis, altera oportunitatis. Defensionis est, murorum, turrium, portarum ratio, ad hostium impetus perpetuo repellendos ex-*

